



omnia numerosa quae tamen in illis dimensionibus manifestas  
 eminebant quas in seipsa cogitando atque uolendo intuebatur  
 uerissimas. In his autem quae sentiantur umbras earum potius  
 atque uesigia recolebat hic semutrum erexit mutuumque  
 praesumpsit ausa est in mortalem animam conprobare. Trac-  
 ta uero omnia diligenter percepit prorsus se plurimum posse  
 & quid quid posset numeris posse mouere quoddam miracu-  
 lum & suspicari cepit se ipsam fortasse numerum esse eum ipsum  
 quo cuncta numerantur aut si uero non esset ibi tamen eum esse quo  
 peruenire satageret. Quisquis uel adhuc seruus cupiditatum  
 & inhians rebus pereuntibus uel lamistae fugiens cauteque uiuens  
 nesciens tamen quid sit nihil quid in formis materia quid forma-  
 tum ex anime quid corpus quid species in corpore. quid locus  
 quid tempus quid in loco quid in tempore quid motus secundum  
 locum quid motus non secundum locum quid stabilis motus quid sit  
 & uum quid sit nec in loco esse nec nusquam esse & nusquam non esse  
 & numquam esse & numquam non esse. Quisquis ergo ista nesciens  
 non dico de summo illo do qui scitur melius nesciendo sed de anima  
 ipsa sua quaerere ac disputare uoluerit. Tantum errabit quantum  
 errari plurimum potest. facilius autem ista cognoscat qui numeros  
 simplices atque intellegibiles comprehenderit. porro istos con-  
 prehendet qui & ingenio ualens & praeuilegio aetatis. aut cuius libet